FLORA.

69. Jahrgang.

No. 21. **Regensburg, 21. Juli** **1886.**

Inhalt. W. Nylander: Lichenes nonnulli Australienses. — Dr. Röll: Zur Systematik der Torfmoose. (Fortsetzung.) — Anzeige. — Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.

Lichenes nonnulli Australienses.

Enumerat William Nylander Med. Dr.

Dominus Charles Knight collectionem Lichenum anno 1880 factam in New South Wales Australiae mihi submisit. Omnes vero hi Lichenes missi nominibus designati fuerunt ab ipso, cur hic in enumeratione eorundem pro quovis numero adduntur nomina a collectore data, at dolendum illa ob varias rationes saepissime conservari non licuisse, sicut infra videbitur, alia utpote quae antea jam adhibita, alia inutilia, erronea aut male formata[1]) sunt. Quod etiam exemplum offert, quanta levitate et quam inconsiderate nomina imponuntur Lichenibus praesertim exoticis, ubi tamen solum experientia et studiis summis instructissimi rem scientiae gerere valent.

1. *Ramalina Yemensis* Ach. Corticola. — Missa nomine. „*Ramalina calicaris* Ach.“ Kn.

2. *Parmelia rudecta* Ach., Nyl. Pyr. or. p. 17. Sporae longit. 0,011—14 millim., crassit. 0,008 millim. Spermatia recta aciculari-cylindrica, longit. 0,009—0,010 millim., crassit. 0,0007 mil-

[1]) Notare sit superfluum, D. Knight in Trans. Linn. Soc. 1860, p. 99, etiam habere quandam *Verrucariam* „*magnosporam*“ Kn. (horresco referens).

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03550-0325-3

lim. Corticola. — Missa nomine; „*Parmelia perlata* var. *isidiosa* Kn.“

3. *Parmelia insinuata* Nyl. Similis *P. sinuosae* (Sm.), sed sporis ellipsoideis parvis (longit. 0,007—8 millim., crassit. 0,005 millim.). Spermatia bifusiformia, longit. 0,006—7 millim., crassit. 0,0007 millim. Thallus ochroleucus K (CaCl) erythrinose reagens. Supra saxa arenaria.[1]) — Missa nomine: „*Parmelia sphaerospora* Kn.“ (nomen vero *sphaerospora* alii datur in Nyl. Syn. I, p. 376 et sporae minime sunt sphaericae).

4. *Parmelia subtiliacea* Nyl. in Flora 1885, p. 614. Forma receptaculo apotheciorum margine saepe crenato. — Missa nomine: „*Parmelia meizospora* Nyl.“ Kn. (quod nomen pertinet ad aliam, ut videtur l. c. p. 611).

5. *Physcia speciosa* (Wulf.). Corticola. — Missa nomine: „*Physcia speciosa* v. *hypoleuca*“ Kn.

6. *Physcia picta* (Sw.). Forma apotheciis fusco-pallescentibus vel livido-fuscis. Sporae longit. 0,015—18 millim., crassit. 0,005—7 millim. Corticola. — Missa nomine: „*Physcia melanoclina* Kn.“

7. *Lecanora gangaleoides* Nyl. Supra saxa arenacea socia *Lecideae subdisciformis* Leight. — Missa sine nomine.

8. *Lecanora subfusca* * *circumplumescens* Nyl., thallo versus ambitum subradiascenti-striatus. Corticola socia *Lecideae callisporae*. — Missa sine nomine.

9. *Lecanora chlarona* Ach. F. sporis minoribus, longit. 0,010—11 millim., crassit. 0,006 millim. — Missa sine nomine. Hae tres sine nominibus immixtae inter alias species nominatas.

10. *Lecanora punicea* Ach. Corticola. — Missa hoc nomine.

11. *Lecidea endoleuca* Nyl. Corticola. — Missa sine nomine.

12. *Lecidea pelophaea* Nyl. Thallus badio-cinerascens, sat tenuis, inaequalis, arealato-diffractus, determinatus; apothecia badio-fusca, plana vel convexiuscula, immarginata (latit. 0,5 millim. vel minora), intus albida; sporae 8nae incolores, oblongae vel claviformes, minutulae, longit. 0,006—7 millim., crassit. 0,002—3 millim., epithecium rufescens, paraphyses non bene discretae. Iodo gelatina hymenialis coerulescens vixque nisi thecae tinctae. Spermatia arcuata. E stirpe *L. leucophaeae*. Supra

[1]) Comparetur *Parmelia neohollandica* Nyl. Subsimilis *P. laevigatae*, thallo osteoleuco K ‡ (medulla lente ferruginascente). Apothecia non visa. Spermatia subfusiformia, longit. 0,006, crassit. non 0,001 millim.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03550-0326-9

saxa silicea (socia *L. stellulatae*). — Missa nomine „*Biatora diaphoneuta* Kn." (quod nomen videtur non conveniens).

13. Lecidea subpromiscua Nyl. Thallus albidus tenuis areolato-diffractus; apothecia nigra adnata plana marginata (latit. 0,5—0,8 millim.), intus obscura; sporae 8nae incolores oblongae simplices, longit. 0,006—8 millim., crassit. 0,002 millim., epithecium nigrescens (Acido nitrico roseo-violascens), paraphyses discretae, hypothecium fuscescens. Iodo gelatina hymenialis coerulescens. Thallus reagentibus meis non tinctus. Spermatia arcuata, longit. 0,015—20 millim., crassit. 0,0005 millim. E stirpe *L. parasemae.* — Missa nomine: „*Lecidea microspora* Kn.", nomen ante alii datum.

14. Lecidea leucoblephara Nyl. Enumér. p. 337, Stzb. Lecid. sabul. p. 68. Sporae oblongae 3-septatae, longit. 0,009—0,011 millim., crassit. 0,003 millim. Iodo gelatina hymenialis dilute coerulescens, dein fulvo-rubescens. Facie fere *Platygraphae ocellatae.* Gonidia mediocria. — Missa nomine: „*Aphtholoma conspicua* Kn."

15. Lecidea subdisciformis Leight. Thallus K e flavo ferruginee rubens. Sporae longit. 0,012—16 millim., crassit. 0,007—8 millim. Saxicola, super saxa arenacea. — Missa nomine: „*Lecidea homophylia* Kn.

16. Lecidea stellulata Tayl. Sporae longit. 0,009—0,016 millim., crassit. 0,005—7 millim. — Missa sine nomine.

17. Lecidea substellulata Nyl. Similis fere *L. stellulatae* (etiam reactionibus thalli K fl., I = conveniens), sed sporis majoribus (longit. 0,015—21 millim., crassit. 0,007—0,010 millim.). Hypothecium fuscescens. Super saxa arenacea. — Missa sine nomine, confusa cum aliis.

18. Lecidea callispora (Kn.). Thallus albido-cinerascens subgranulato-inaequalis, sat tenuis; apothecia nigra plana marginata (latit. circiter 0,7 millim. vel minora); intus concoloria; sporae 8nae fuscae ellipsoideae, intus triconstrictae (inde fere quadriloculosae), longit. 0,025—30 millim., crassit. 0,011—12 millim. Iodo gelatina hymenialis fulvo-rubescens, praecedente coerulescentia (thecae praesertim tinctae). In stirpe *L. disciformis* distincta figura interiore sporarum. Thallus K lutescens. Corticola. — Missa nomine: „*Buellia callispora* Kn." et „*B. metaphragmia* Kn."

19. Lecidea tetrapla Nyl. Thallus albido-cinerascens tenuis subgranulato-inaequalis aut sublaevis; apothecia nigra plana

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03550-0327-5

marginata (latit. 0,5—0,8 millim.), intus concoloria; sporae 4nae fusco-nigrescentes oblongae 1-septatae, longit. 0,042—50 millim., crassit. 0,018—22 millim. Reactio iodo ut in *L. callispora*. Spermatia longit. 0,004—5 millim., crassit. 0,0007 millim. Magnitudine sporarum facile dignota in stirpe *L. disciformis*. Corticola. — Missa sine nomine mixta inter alias Lecideas.

20. Lecidea geographica (L.). Super saxa silicea. — Missa hoc nomine.

21. Pertusaria multipuncta (Turn.). Thallus K —, I non reagens. Corticola. — Missa nomine „*P. communis?* Kn.“

22. Pertusaria leioplaca Schaer. Thallus K —. Corticola. — Missa hoc nomine.

23. Pertusaria petrophyes Kn. Thallus albidus inaequalis tenuis subdispersus, sat determinatus; apothecia in prominentiis convexis irregularibus (latit. 1—2 millim.), immersa; sporae 8nae, longit. 0,060—80 millim., crassit. 0,025—30 millim. I thecae coerulescentes, dein protoplasma sporarum fulvo-rubescens. Thallus K —. Supra saxa arenacea.

24. Opegrapha Turneri Leight. Br. Graph. p. 17. Sporae 3-septatae, longit. 0,016—21 millim., crassit. 0,0005 millim. Spermatia oblonga, longit. 0,004 millim., crassit. 0,001 millim. Gonidia mediocria. Corticola. — Missa nomine: „*Opegrapha megagonima* Kn.“

25. Arthonia astroidea Ach. Corticola. — Missa nomine: „*Graphis subtricosa* Kn.“

26. Arthonia propinqua Nyl. N. Granat. p. 106. Sporae oviformi-oblongae 5-septatae, longit. 0,025—27 millim., crassit. 0,010—11 millim. Corticola. — Missa nomine: „*Arthonia nymphaeoides* Kn.“

27. Chiodecton sphaerale Ach. Sporae fusiformes 3-septatae, longit. 0,030—35 millim., crassit. 0,0025—30 millim. Corticola. — Missum nomine: „*Chiodecton stromaticum* Kn.“

28. Platygrapha ocellata Nyl. Enumér. p. 131, N. Gran. p. 94. Corticola. — Missa nomine: „*Stigmatidium heterogenum* Kn.“

29. Graphis scripta Ach. sporis 10—12-locularibus, longit. 0,038—48 millim., crassit. 0,009 millim. Corticola. — Missa nomine: „*Stigmatidium maculatum* Kn.“

Graphis scripta var. *serpentina* Ach. Sporae saepius 8-loculares, longit. 0,034—40 millim., crassit. 0,007—0,010 millim. — Missa nomine: „*Graphis aulacographa* Kn.“

30. Graphis subinusta Nyl. in Wright. Cub. n. 99. Sporae

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03550-0328-1

4-loculares, longit. 0,018—23 millim., crassit. 0,007—8 millim. Corticola. — Missa nomine: „*Graphis subintricata* Kn.“ (quod nomen comparationem indicaret cum *Gr. intricata* Eschw. nullo modo comparanda) et alii specimini: „*Graphis elaeina* Kn.“

31. Graphis leprocarpa Nyl. Nov. Granat. p. 85. Sporae 1—2nae incolores murali-divisae, longit. 0,080—95 millim., crassit. 0,018—25 millim. Iodo gelatina hymenialis et praesertim sporae fulvo-rubescentes. Corticola. — Missa nomine: „*Platygrapha albovestita* Kn.“

32. Graphis develatula Nyl. *(Fissurina).* Thallus albidus tenuis vel tenuissimus, aequalis, subdeterminatus; apothecia fusca tenella plana (demum latit. 0,1 millim.), lineari-irregularia, subramosa, juniora erumpentia; sporae 8nae incolores oblongae submurali-divisae, longit. 0,023—40 millim., crassit. 0,011—13 millim. (iodo obscuratae), seriebus transversis 8—10 uni-bi-triloculosae. Corticola. — Missa nomine: „*Stigmatidium velatum* Kn.“ Nomen „*velata*“ hic non esset bonum nec admittendum; nam nihil velatum adest. Proxima forsan *Gr. mesographiza* Nyl. in Wright. Cub. no. 32, quae sporas habet multo minores etc.

33. Verrucaria fallax Nyl. Corticola — Missa nomine: „*Verrucaria gemellipara* Kn.“ (citatis Trans. Linn. Soc. 1860, p. 99, ubi sicut var. *Verrucariae* epidermidis indicatur thallo „fulvo vel cervino“, quod confusionem cum epidermide exprimat).

34. Verrucaria zosta Kn. in sched. Thallus vix ullus; apothecia pyrenio dimidiatim nigro (latit. 0,2—0,3 millim.), convexo; sporae 8nae incolores oblongae 5-septatae, longit. 0,024—28 millim., crassit. 0,009—0,010 millim., thalamium inspersum, paraphyses nullae. Species e stirpe *V. epidermidis.* Thecae non turgidae. Supra corticem laevem. — Missa nomine: „*Verrucaria zosta* Kn.“ et „*Mycoporum sorenocarpum* Kn.“

35. Verrucaria rhaphispora Kn. Subsimilis *V. leptosporae* Nyl. in Flora 1864, p. 487, sed pyrenio dimidiato-nigro, sporis nonnihil longioribus 7—13-septatis (longit. 0,055—70 millim., crassit. fere 0,004 millim.). Gonidia subsimplicia. Corticola. — Missa hoc nomine.

36. Melanotheca gelatinosa (Chev.) Nyl. Pyrenoc. p. 70. Sporae oblongae 3-septatae (demum fuscescentes et iodo fulvo-rubescentes), longit. 0,021—27 millim., crassit. 0,007 millim. Corticola. — Missa nomine: „*Verrucaria aggregata* Kn.“

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03550-0329-9

Observatio.

Thysanothecium Buchanani Knight. apud Wellingt. Philos. Soc. 1881, Transact. N. Z. Institute, XIII (Botany), p. 386, pl. 17, minime est *Thysanothecium*, sed *Lecanora (Psoroma)* vel novum genus accedens. *L. Buchanani* thallo pallido firmo, crasse squamoso, grosse rugoso, apotheciis testaceis (latit. 4—5 millim.), concavis, receptaculo grosse rugoso; sporae 8nae sphaeroideae, diam. 0,011—14 millim., episporio crassiusculo inaequali, paraphyses mediocres articulatae; iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose rubescens (thecae praesertim tinctae). Species est alpina Novae Zelandiae, lecta a Domino Buchanan in summis montibus Aspiring Range altit. 4000 ped. (Knight l. c.). — Genus *Thysanothecium* (vid. Nyl. Syn. p. 185) nihil ne quidem comparandum habet cum hac *Lecanora*.

Parisiis, die 25 maji, 1886.

Zur Systematik der Torfmoose.

Von Dr. **Röll** in Darmstadt.

(Fortsetzung.)

IV. *Sphagna rigida* Lindbg. 1861.

Zu dieser Gruppe, welche Lindberg neuerdings als *Sphagna compacta*, Russow, Braithwaite und Warnstorf als *Sph. truncata*, Schimper in seiner Synopsis ed. II. als *Sph. mollia* bezeichnet, gehören: *Sph. rigidum* Sch., *Sph. molle* Sull. (*Sph. Mülleri* Sch.) und *Sph. Angströmii* Hartm. Letzteres wurde von Milde in seiner Bryologia silesiaca zu den *Cuspidata* gestellt, denen es nahe verwandt ist. Es hat auch Beziehungen zu den *Acutifolia*, da seine Stengelblätter denen des *Sph. Girgensohnii* ähnlich sind, sowie zu den *Squarrosa*, denen es durch die plötzlich verschmälerten Astblätter nahe steht. Habituell ist es den *Cymbifolia* ähnlich. — *Sphagnum molle* erinnert durch seine Stengelblätter an manche Formenreihen der *Acutifolia*, mit denen es auch gleiche Lagerung der Chlorophyllzellen gemein hat. Am ähnlichsten ist es dem *Sphagnum Schimperi* und *Sph. Warnstorfii*. — *Sph. rigidum* hat mit den *Cymbifolia* Aehnlichkeit in der Bil-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03550-0330-0

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1886

Band/Volume: 69

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Lichenes nonnulli Australienses 323-328